tio. Preterea ex iſta inquiſitione iudex ordinarius efficeretur
diligentior ſciens iſta eſſe deferenda ad concilium.ꝛ ibi exami
nanda ſi ipſe neglexerit. Franciſcus Aretinus.
.C. Olim.i.v.ꝛ.p.

Sententie. Excommunicationum ꝛ ſu
ſpenſionum late a prelato vł
ab alio eius nomine in denunciatores criminū poſt
denunciationē de crimine factam vel in eos qui ſunt
futuri teſtes relaxantur ne impediatur iudicium ꝛ ſimiliter late
in eorum adherentes ꝛ reſtituuntur ſpoliati poſt denunciatio
nem in qua proceditur de plano ꝛ ſine ſtrepitu iudiciorum re-
laxatis iuramentis de veritate dicēda.ꝛ ipſa pendente interim
monachi obediunt ſuo prelato in his que ad proceſſum non
impediunt. copia vero teſtium datur inquiſitio ꝛ deputati ad
proſequendum denunciationem recipiunt expenſas de bonis
monaſterij ꝛ qui eam prius fuerūt proſequuti. Sunt due par-
1 tes principales.ſecunda ibi predictis ꝛc. ¶ Primo not.ibi.
Relaxatis quod iudex delegatus in cauſa poteſt relaxare ſen-
tētias excommunicationum latarum in aliquem qui ſit pars iu
dicij.ꝛ iſtud euenit hic quia erat expreſſum in mandato.nam ſi
non erat expreſſum ſeruanda eſſet forma que ponitur in.c.pru
2 dentiam.§.ſexta de offi.delega. ¶ Secundo no.in verbo ſu
ſpenſionum ſententijs ꝛc.quod ſuſpenſus ab officio regulari-
ter videt̄ poſſe repelli a teſtimonio.ꝛ hoc tenet Hoſti.quādo
ſuſpenſio eſt facta ab homine ſecus ſi ſit facta a iure. ꝛ refert ꝛ
ſequitur Spe.in ti.de teſte.§.j.ver.quid de ſuſpenſo.Sed Jo.
an.ibi in addi.tenet oppoſitum dicens quod text.in.d.c.apo-
ſtolice ſupra de excep.non loquitur de teſte ſed de eo qui cū ſit
ſuſpenſus ab adminiſtratione vel ab officio non poteſt agere
nomine eccleſie aqua eſt ſuſpenſus immo in contrarium fa-
ciunt ibi not.per gloſ. Non obſtat iſte text. ſm Moder. quia
hic ſuſpenſio non fuit relaxata vt poſſent teſtificari. ſed quia
fuit facta pendente lite ꝛ in preiudicium denunciationis propo
ſite ꝛ ideo non potuit fieri vt videbis in prima ꝛ ſecunda glo.
Sed iſta reſponſio ad iſtum text.non videtur ſufficere.quia re
ſpectu eorum qui debebāt eſſe teſtes ſi poterant teſtificari etiā
ſuſpenſi.nihil videtur fuiſſe attentatum in preiudicium iudicij
pendentis. ergo ex hoc capite non debuerunt abſolui niſi ſu-
ſpenſio impediret officium teſtificandi Moder. tamen com-
muniter concludunt ꝙ ex ſola ſuſpenſione quis nō repellitur
a teſtificando quia edictum de teſtibus eſt prohibitoriū vt in
c.j.ſ.de teſti.ꝛ in ſuſpenſo non reperitur expreſſe ſtatutum ꝙ
repellatur.quinimmo cum text.in.c.decernimus de ſenten.ex-
com.libro.vj.repellat excommunicatum propter periculū cō
munionis ad teſtificandum.Aliud videtur in ſuſpenſo in quo
illa ratio non ſubeſt. Unde niſi ſuſpenſio ſit facta ex crimine
propter quod etiam ſine ſuſpenſione teſtis repelleretur ad teſti
monio iuxta not.in.c.teſtimonium ſupra de teſti. ſuſpenſio de
ſe non repellit.Sed contra iſtam doctrinam fortiter facit quia
ſuſpenſus ſiue a iure ſiue ab homine ſine dubio non poteſt or-
dinari vt in.c.ſi.ſ.de tempo.ordi.ſed qui repellitur ab ordina
tione repellitur ſimiliter ab accuſatione ꝛ teſtimonio in crimi-
nalibus.ij.q.vij.c.ipſi apoſtoli.ꝛ.c.ſequē. ꝛ in.c.ſi.ſ.de teſti.
ergo videtur quod vbi cum agitur de punitiōe criminis ſuſpē
ſus ſit repelendus a teſtimonio. Et pro iſta opi.multum facit
iſta lra.ꝛ q2 ſi ſola pēdētia accuſationis repellit teſtē a teſtificā
do in crīalibus vt in.c.ſi.ſ.de teſti.quaſi ex ſola accuſatiōe vi-
deatur grauata eius opinio multofortius vr̄ qđ ex pena ſuſpē
ſionis ſimiliter ſit grauata eius opinio ꝛ maxie hoc vr̄ dōm ſi
pena ſuſpēſionis ſit perpetua prout cēſetur eſſe quādo infertur

ipſo iure pro delicto ſm gloſ.not.in cle.j.de re.ec.non alie. ꝛ
qđ no.gloſ.in cle.j.in ſi. de hereti.Nam ſingulariter dixit In
nocē.in.c.qualiter.§.eo.Suſpenſio perpetua eſt pena que ex
genere infert infamiam ſicut pena fuſtium vt.l.ictus fuſtiū de
infami.Quia tamen hoc dictum nō probatur iure non eſt fa-
ciendum fundamentum in eo. Pro iſta tamen concluſione
multū facit tex.hic qui male poteſt euitari niſi reſtringas ipſū
ad eos qui volebant proſequi denunciationē pro vtilitate ſue
eccleſie ꝛ tenēdo cōmunem ſententiam ad minus poteſt limi-
tari ꝙ haberet locum vbi ſuſpenſio non eſſet perpetua. quo
caſu ſicut diximus in.c.teſtimonium.ſ. de teſti.non diceretur
ſuſpenſus non poſſe promoueri ad ordines ex quo ſatiſfaciē-
do poſſet abſolui vt ibi dixi.videtur tamen alia opi. de ſubti-
3 litate iuris verior maxime per iſtum text. ¶ Tertio not. ibi.
Uel per quoſcūq; iudices poſt inceptum negocium ꝛc. quod
monachus poteſt petere ſe reſtitui ſi iniuſte per abbatem ſuum
vel ſuperiorem fuit ſpoliatus. Et ſm Hoſtien.hic poteſt in-
telligi quod petierit ſe reſtitui de iuſticia.quia fuit delectus de
clauſtro indebite ꝛ ſine cauſa implorando officium iudicis
ſicut facit ſeruus cum opprimitur a domino.l.j.§.quod autē
ff.de offi.pre.vrb.ꝛ in.c.cum dilecta.ſupra de reſcri. ꝛ bene fa-
cit quod nota. Innocen.in.c.nouit.ſupra de iudi.ꝛ Bartol.
in extrauaganti ad reprimendum ſuper verbo denunciatio-
4 nem.in princip.† Sed queritur vtrum ſi abbas expelit mona
chum de beneficio manuali.vtrum monachus de facto expul
ſus poſſit petere ſe reſtitui.ſuper quo Inno.dicit ꝙ nō poteſt
vel nomine ſuo vel nomine eccleſie.noīe ſuo quidem.tū quia
potuit remoueri ad nutum ſupioris vt in.c.cū ad monaſteriū
§.tamen alicui.ſ.de ſta.mo.tum quia ipſe nō poſſidet benefi-
cium ſed nudam detētionem habet ſm gloſ.xij.q.j.c. non di-
catis. Nec etiam poteſt petere reſtitutionem nomine eccleſie.
quia illa non eſt ſpoliata maxime ſi poſſideat iſtud beneficium
p aliū eque idoneū quo caſu nihil poteſt intereſſe eccleſie.Tu
potes dicere ꝙ iſta dicta ſunt vera regulariter, ſed tamen poſ-
ſent eſſe aliqui caſus in quibus iſta reſtitutio competeret mo-
nacho nomine proprio. Primus eſt quādo abbas ex malicia
ꝛ dolo remoueret monachum iuxta ea que tradit Joā. an.in
c.cum ſingula de preben.libro ſexto.Secūdus quādo priora-
tus eſſet cōfirmatus a ſede apoſtolica ex certa ſcientia iuxta ea
que plene refert Ab.in.c.ad noſtrā.ſ.de cōfir. vti.vel inuti.
nec repelleretur monachus tunc a petitione reſtitutionis ex eo
5 quia poſſidet ſed detinet.quia † etiam nudo detentatori quia
ſua detētatione nō debuit priuari.ſi eſt priuatus competit offi
cium iudicis.vt eſt caſus ꝛ ibi gloſ.in. l.acquilius regulus.in
ſi.ff.de dona.ꝛ plene per Barto.in.l.rem que nobis.ff.de ac-
qui.poſ.ꝛ per.d.Anto.in.c.ſepe.de reſti.ſpol. Et ad predicta
vide bonam gloſ.in ſi. in cle. ne in agro.in verbo legitima.
de ſtat.mo.Et quādo monachus remouetur a beneficio ma-
nuali poſt denūciatiōem factam de ſuo prelato. Hoſt.ꝛ Joā.
an.hic vidētur intelligere ꝙ hoc ipſo cēſeatur remotus in frau
dem ꝛ vt aliqualiter impediatur proceſſus in crimie denūcia-
to.ꝛ ideo debet fieri reſtitutio. ꝛ cum text. dicit debere reſtitui
ſpoliatus contra iuſticiam.Illa verba debent intelligi aſſerti-
ue.i.ꝙ fuerūt cōtra iuſticiam ſpoliate propter litis pēdentiam.
6 ¶ Quarto not. ex eodem ver. ꝙ ſicut poteſt ferri ſentētia in
aliquem ꝛ eius adherētes.ita videtur ꝙ quis poſſit appella-
re pro ſe ꝛ ſuis adherētibus.quia ſi hoc pmittitur in actu odio
ſo vt hic.ꝛ in.j.ſ.de poſt.prela.ꝛ in.c.j.de of.dele. multofor-
tius videt̄ permitti in actu fauorabili.Et forte iſto cāu poſſent
adherētes proſequi appellatiōem licet haberēt eam ratam ex-
tra teminum appellādi ex quo appellatio valuit reſpectu ipſo-
rum a principio per ea que tradit ſingulariter Bartol. in.l.j.
C.qui admi.De quo tamen dic vt traditur per gloſ. in.c.vt
circa de elec.libr.vj.ꝛ p Bald.in auc.hodie in ſi.C.de ap.Et
qui dicūtur proprie adherētes.ponit Ang.in quodam ſuo cō
ſilio quod refert Pe.in materia interpretatiōis declaratiue in
7 repetitione ſua.in.c.j.ſ.de cōſti. ¶ Quinto not.ꝙ pendēte
lite ſeu poſt ceptam litem nihil poteſt intētari in preiudicium
8 ipſius litis.de quo dicetur plene in gl.ij.† Sꝫ queritur quādo
dicatur quo ad propoſitum decre.noſtre incepta lis ſeu nego-
cium.ſup hoc ſunt due opi.vel tres.quidam dicūt ꝙ negociū
dicitur hic ceptum poſtq̄ abbas ſciuit cōtra ſe eē commiſſam
inquiſitionē.Alij dicūt ꝙ negocium dr̄ ceptum litis cōteſt.q2
illo tēpore dicitur eē lis mota vt in.c.ex.parte.el.ij.ſ.de v̄.ſig.
Tertij dicunt ꝛ hanc opi.approbat Hoſti.ꝛ cōiter doc.ꝙ q̄-
uis lis dicatur mota per litis conteſtationē vt in.d.c.ex parte.
ꝛ.l.j.in ſi.ꝛ ibi no.ff.de teſti.ꝛ plene in.l.cauſas vel lites.C.de
tranſ.dicitur tñ incepta p ſolam citationem.ꝛ iſto mō intelliga
tur text.in cle.ij.vt.pen.qui dicit ꝙ q̄tum ad effectum vt lite
pendente nihil poſſit innouari.lis dicitur pendere per citatio-



Universidad del Rosario | Archivo Histórico

nem Joan.de Jmo.hic dicit ꝙ iſta differentia eſt falſa ⁊ con-
tra text.in auc.qui ſemel ⁊ in corpore vnde ſumitur.C.quomo
do ⁊ quando iu.⁊ illa iura ad hoc allegat glo.in.d.c.ex parte.
in vlti.gloſ.vt dicunt hic aliqui moder.⁊ bene.hoc etiam dicit
tex.ſatis clare in.c.gratum.ſ.de of.deleg.in verbo quaſi ceptū
negocium vbi probatur ꝙ proprie negocium dicitur ceptum
poſt litis conteſtationem.Unde reiecta iſta differentia ſi tene-
mus quod hic iſte excommunicationes ſint relaxate.⁊ alia re-
tractata.quia ſunt facta pendente lite neceſſario eſſet dicendū
quod hic negocium eſſet ceptum per citationem vt declaratur
in.d.cle.ij.qꝛ non eſt differentia vt infra dicam ſiue aliquid in
nouetur per iudicem ſiue per partem.Si autem tenemus quod
non virtute litis pendentie.quia lis non pendebat proprie ſu-
per his que fuerūt attentata ſed alia ratione fiet iſta relaxatio ⁊
reſtō vꝫ qꝛ taliter attentata poſt negociū ceptum cū tendat ad
impedimentū cognitionis criminis videantur attenta in frau
dem tunc probabiliter poſſet dici quod prima opi.eſſet vera
qꝺ negocium diceretur ceptum largo modo a die qua abbas
ſcit inquiſitionem contra eſſe commiſſam.qꝛ ab illo tempore
poteſt preſumi fraus ⁊ diſpoſitio facta de lite incepta trahitur
etiam ad litem preparatam vbicunꝙ cauſa diſpoſitionis eque
habet locum lite preparata ſicut incepta.caſus eſt no.in.l.ſi qs
libertatem.ver.plane.ff.de peti.here.iuncto prin.in verbo cō-
ſtat.⁊ bene facit tex.⁊ quod ibi per Barto.in.l.miles.§.j.ff.de
adul.⁊ text.⁊ quod ibi ſcribit domi.Abb.in.c.licet ſupra eo.⁊
quod traditur in text.⁊ gl.in.c.meminimus ſupra de appella.
9 ¶ † Utrum autē pretextu litis pēdentie ex alia ratione hic fue
rit facta reuocatio dicetur ſuper.ij.gloſ.¶ Sexto not.ibi Jn
negocio de plano ⁊c.qꝺ vbicūꝙ proceditur contra religioſos
non ſeruatᷣ omnino ordo iudicialis maxime cum proceditᷣ per
inqſitionem gn̄alem non tamen auferᷣ defenſio reſpiciens me-
rita cāe que ſurgit ex equitate naturali vel iuriſgentium.vnde
datur copia teſtium vt in ver.ſi vero teſtes.Et ad materiam
vide tex.in.c.qualiter in fi.ſ.eo.⁊ qꝺ ponit Bar.in.l.filiuſfa
10 milias in prin.ff.de dona.¶ † Septimo no.ibi.Tribus vel
quattuor.qꝺ ad denūciandū crimen vel promouendū inquiſi-
tionem non ſolum admittunᷣ plures.ſed etiam pn̄t deputari p
iudicem plꝛes qꝺ videᷣ eſſe ſi text.in.c.lꝫ.ſ.e.vbi plures admit-
tuntur ad accuſandum ⁊ in.c.ij.ſ.eo.Sed cōtra predicta facit
regula que ponitᷣ in.l.ſi plures.ff.de accuſa.⁊ in.l.j.ff.de pup.
ac.vbi iura dicūt ꝙ quando accuſator non proſequitur ſuam
vel ſuorum iniuriam.tunc ex pluribus volentibus accuſare iu-
dex debet eligere vnum Jnno.hic ⁊ Joan.an.⁊ communiter
docto.dn̄t ꝙ ſi pars opponeret ſe non debere reſpondere plu
ribus vnus eſſet eligendus.proceſſi autē hic iudicium qꝛ pars
non oppoſuit vt eſt text.cum gloſ.in.l.ſi accuſatoribus.C.de
accuſ.Sed iſta reſponſio videtur contra text.noſtrum in quo
ſuperior ex officio proteſtatur ſe deputaturum plures qꝺ non
11 feciſſet ſi ſciret ſe grauare partem.† Unde poteſt dici ⁊ melius
ꝙ quando plures accuſant vel denunciant pro vtilitate vnius
perſone ſicut iſti faciebant pro vtilitate ſui monaſterij debent
admitti dummodo accuſent vno libello ⁊ coram eodem iudice
caſus eſt ⁊ ibi hoc ꝫ Bal.in.l.ſenatus.C.qui accu.nō poſ.Jn
alijs vō caſibus pcedat diſtinctio doc.Dicit tn̄ hic not.Jnno.
ꝙ ſi plures volentes accuſare conſtituunt vnum procuratorē
tunc qꝛ ceſſat ratio propter quam competit exceptio reo ne ſcꝫ
diſtrahatur in plures vt.l.ne in plꝛes.ff.de exerci.debebit ad-
mitti.procurator.Nec cogetur dicere ex oībus iſtis accuſatori-
bus cuius nomine accuſet.ſed poterit accuſare nomie omniū.
Et hanc doc.approbant hic communiter doc.ſed Bart.eam
reprobat expreſſe in.l.ſi plures preallega.quem ēt referunt ali
qui moder.hic ⁊ in.c.ij.ſ.eo.Mouetᷣ qꝛ ſi iſti plures accuſato-
res nō pſequuntur iniuriam ppriā.Procurator non poſſet
ab ipſis ꝯſtitui in pſecutiōe iuris publici vt.l.lꝫ in pn̄.ff.de p
cur.⁊ aſſignatur ibi ratio in glo.vnde dicit Bar.in.l.pe.§.ad
12 crimen.circa prin.ff.de pub.iud.† qꝺ vbi accuſator nō proſe
quitur iniuriam propriam nam pōt ꝯſtituere pcuratorē in cri
mine de qua doctrina ſcripſimus plene in.c.veniēs.ſ.eo.ſed
forte pro nunc poſſet reſponderi huic rationi quod in iudicijs
mere ciuilibus in quibus accuſator denunciator vel promotor
inqſitionis nō timet penā talionis vel aliam penam extra or-
dinem illa iura procedat.ſed in iſtis in quibus accuſator timet
penam ceſſat ratio que aſſignatur per glo.in.d.l.lꝫ.quia non
magis intereſt domini quam procuratoris proſequi litem.hic
enim intereſt propter periculum pene ad quod ſe reſtringit do
minus non procurator.vnde cum iura dicāt ſimpliciter quod
in cauſis a religione cura poteſt conſtitui procurator vt in.l.j.
ff.an per alium cauſe.⁊.l.ij.C.de procur.forte ſimpliciter ſunt
intelligenda vt etiam ex parte accuſatoris poſſit conſtitui licet
non proſequatur ſuam vel ſuorum iniuriam.⁊ ſic poſſet teneri

opi.communis hic poſita.Et pro intellectu huius reſponſio-
nis vide ꝙ pleniſſime ſcripſi in.c.veniens.ſ.eo.Et adde cū ſu
13 pra dixi † ꝙ hic plures denunciatores admittuntur.quia oēs
procurant vtilitatem vnius eccleſie ſicut dicimus in pluribus
tutoribus in.l.ſenatus.C.qui accuſa.non poſ.quod iſtud ha-
bet locum in his qui procurant vtilitatem vnius propter in-
tereſſe officij ſibi iniuncti.⁊ tales videntur eſſe iſti denunciato-
res hic quia ſubditi clerici tenentur denunciare ſuperiorem ſuū
pro vtilitate ſue eccleſie.ij.q.vij.c.qua propter.ſicut tutores pro
curare vtilitatem pupilli vt de articulo predicto ⁊ vide Ange.
in.l.ſi accuſatoribus.C.de accuſa.qui videtur ſentire quod plu
res accuſatores poſt litē conteſtatam poſſunt conſtituere vnū
procuratorem ⁊ ita intelligit Jnnocen.hic ante litem conteſta
14 tam ſequitur ſententiam.Barto.Tu dic vt dixi.¶ † Octa-
uo not.⁊ vltimo ibi factas ⁊ faciendas ⁊c.ꝙ quando mona-
chus accuſat vel denunciat abbatem dꝫ hr̄e expenſas a mona-
ſterio ⁊ poteſt repetere factas.De quo plene dixi in.c.ex parte.
15 ſ.eo.vbi vide.† Sed iſte text.videtur probare vnum magis
ſingulare ſm̄ docto.ꝙ monachus auctoritate propria in iſto
caſu poteſt percipere de fructibus ⁊ bonis monaſterij.⁊ idem
dicunt aliqui ſi abbas nollit miniſtrare expenſas monacho
ad quos tenetur maxime ſi procuret vtilitatem monaſterij.⁊
licet Ain.dicat quem hic videtur ſequi Joan.an.⁊ do.Anto.
ꝙ hoc non poſſit monachus.quia debet exponere prius quic
quid habet de ſuo doc.Moder.hoc reprehendunt.quia mo-
nachus non habet proprium.vnde etiam illud quod habet pe
nes ſe eſt monaſterij.ſed poteſt intelligi dictum.Ain.vt dicit
Joan.de Jmol.⁊ bene ꝙ ſi monachus de bonis monaſterij
aliquid habet penes ſe permittente abbate de illis debeat prius
facere expenſas.Pro confirmatione iſtius concluſionis addu
cunt moder.hic tex.in.l.ſi fideiuſſorē.§.ſi ignorantes.ff.mā.
16 vbi probatur ſin.† ꝙ fideiuſſor qui eſt obligatus ad ſoluen-
dum pro principali poteſt ſoluere de bonis ipſius principalis.
De quo vide per Bar.in.l.ij.§.cato.ff.de verbo.obliga.⁊ in
auc.ſi captiui.C.de epiſ.⁊ cle.⁊ in auc.qua in prouincia.in vl.
q.C.vbi de cri.agi ops.quod dictum allegant aliqui Moder.
Et ad materiam vide glo.not.in.l.ſi pupilli.§.itē queritur.in
gloſ.magna.ff.de neg.geſtio.⁊ quod tradit Angel.in.l.vir ex
17 certis.ff.de iudicijs.¶ † Jn gl.poſita in verbo negocii.ibi.
Videtur a contrario.Viſa concluſio in vtraque ꝙ pendente
cognitione de crimine contra prelatum.prelatus ipſe in omni
bus poſſit exercere iuriſdictionem in ſubditos.Sed iſta gl.com
muniter reprehenditur per doc.quia eſt cōtra text.in ver.ita
tamen.⁊ quia in prin.littere papa mandat relaxari ſententias
cenſure que fuerunt late poſt inquiſitionem inceptam ꝙ quo da
tur intelligi ꝙ non ſolum habilitas teſtificandi fuit cauſa ab-
ſolutionis.ſed quia iſta inhabilitas fuerat illata iniuſte a ſupe
riore propter litis pendentiam.Unde vt bene predicat.domi.
Abbas hic iſte ſententie tanquam iniuſte mandantur rela-
xari in qua relaxatione nulla preſtatur cautio ab excommuni-
cato.ſed ſi iſte relaxationes fuerint iniuſte late tunc excommu-
nicati deberent abſolui iuxta formam de qua traditur in.c.ea
noſcitur.j.de ſen.excom.⁊ in.c.qua fronte.de ap.Sed dubium
facit ſcōm iſtum intellectum qui in effectu habet iſtam conclu-
ſionem ꝙ prelatus poteſt exercere in ſubditos iuriſdicionem
preterꝙ in his per que impediretur ſeu retardaretur proceſſus
ſuper crīe.quia ſi iſtud operatur pendentia litis propter quam
vt ait hic Hoſti.nec in ipſo articulo ſuper quo lis pēdet nec in
cōnexo nec in alio per quod fieret preiudicium expeditioni prin
cipalis litis impediret iuriſdictio iudicis videtur ꝙ iſte ſententie
cenſure fuerint nulle ipſo iure tanꝙ late a iudice cuius iuriſdi-
ctio erat ſuſpenſa ſicut gl.iudex excōmunicat poſt appellationē
interpoſitam vt in.c.per tuas.j.de ſen.excom.ergo deberent
denūciari nulle nō relaxari vt in.c.romana.§.pe.de appel.li.
vj.Reſponderi poteſt ſaluādo dicta doc.vel ꝙ hic relaxatur
de facto ⁊ ad cautelam vt tollatur omnis ſuſpitio contra teſtes
producendos ⁊ denunciatores ſicut aliquando relaxatur iura
mentum qꝺ eſt nullum vt eſt caſus in.c.fi.de teſti.cogē.iuncto.
c.conſtitutis.de teſti.⁊ quod traditur in.c.venerabilem.ſ.de
electio.Et pro iſta ſo.multum facit iſta littera in verbo reſti-
tutio.Ex quo intelligendo verba ſequentia videlicet ques cō
tra iuſticiam ſpoliauerat aſſertiue vt dicit Hoſti.ſatis proba-
tur ꝙ ſpoliatio facta de iſtis monachis propter litis penden-
tiam fuit nulla ipſo iure alias non dicerentur proprie ſpoliati
a iudice vt in.c.conquerēte.ſ.ibi no.ſ.de reſti.ſpol.Ad pōt
dici ⁊ no.ꝙ quis attentata per partem pendente lite ſuper ar
ticulo de quo pendet lis ⁊ cōnexo ſint nulla ⁊ retractanda per
viam attentati vt in cle.ij.in tex.⁊ gl.vt lit.pendē.⁊ in.c.cum
M.in fi.⁊ ibi no.ſ.de cōſti.Secus tn̄ eſt ſi ſint attentata ſuper
articulo nō cōnexo.ex quo tn̄ per indirectum litis retardat aut
impeditur



impeditur tunc enim valet actus ſed ne fraus proſit facienti re
ſcinditur.Nec ob.tex.in ver.eis reſtitutis.quia poteſt intelligi
ꝙ proceſſus fuerit nullus ex alio capite quam ex litis penden-
tia maxime ſi teneas ꝙ illa verba non ponantur aſſertiue ſed
narratiue vt ꝫ glo.⁊ ꝯditionalr̄.l.ſi fuerūt ꝯ iuſticiā ſpoliati.
¶ Jn gloſ.poſita in verbo.de tacenda veritate.Dicunt hic
doc.ꝙ hodie per nouam conſtitutionem prouiſum eſt vt talia
iuramenta ſint nulla ipſo iure vt in.c.quia plerīꝙ.de offi.ordi.
li.vj.Sed ſecundum hoc ſi glo.eſt vera que dicit ꝙ etiam iure
iſto iuramentum non ligabat ipſo iur.Jlla decre.nihil adde-
18 ret quo ad nullitatem iuramenti.† potes dicere ꝙ aut qui iura
uit tacere veritatem producitur vt teſtis.⁊ tunc etiam de iure ve
teri ipſo iure non ligetur iuramento vt eſt caſus in.c.conſtitu-
tus ſupra de teſti.⁊ no.in.c.fi.de teſti.cog.per moder.⁊ in.c.in
timauit de teſti.Aut vult ſponte inſtruere iudicem non tanꝙ
teſtis ſed tanꝙ promotor inquiſitiōis vel inſtructor.iuxta no.
in.l.ob hec verba.ff.de his qui not.infa.⁊ tunc olim qꝫtum
ad hoc obligabatur iuramento ſed erat relaxandus vt in text.
noſtro hodie vero iuramentum eſt nullū ipſo iure quo ad hūc
effectum. Franci.Aret.

C. Prelatorum exceſſus.

**Contra infamatum.** De dilapi-
datione proceditur per inquiſitionem qua penden-
te prohibetur inquiſitio ptās alienandi bona eccle-
ſie per iudicem.Uel ſic ſm̄ dominum Abb.Super denuncia
tione facta de crimine dilapidationis proceditur ad inquiren-
dam veritatem criminis ⁊ pendente iudicio debet interdici per
iudicem prelato poteſtas alienandi bona eccleſie.h.d.Et ſunt
due partes.Secunda eſt ibi.Diſcretioni ⁊c.Et ſecūda diuidi-
tur in tres.ſecunda eſt ibi.Eidem epiſcopo tertia eſt ibi.Uen
1 dendi ⁊c.¶ † No.primo ibi.Jnquiratis ſollicite veritatē ⁊c.
ꝙ ad denunciationem factam de crimine per ſubditos prelati
ſuperior committit inquiſitionē contra criminoſum.⁊ intellige
iſtum tex.Jo.an.ꝙ hic iudices poſſint inquirere virtute iſtius
commiſſionis etiam fama non precedente.quia ex quo.S.P.
mandat inquiri ſuper veritate criminum ſatis videtur atteſta-
ri iſtum eſſe diffamatum apud ſe ſed Ho.hic quem ſequitur.d.
Abb.moder.tenet contrarium quia non eſt veriſimile ꝙ in re-
ſcripto de iuſticia pontifex in dubio voluerit permittere ordi-
nem iuris vt in.c.cauſam que ſupra de reſcrip.⁊ traditur in.c.j.
e.tit.Et pro iſta concluſione adducit text.⁊ quod ibi not.in.c.
cum oporteat ſupra eo.vbi fuit commiſſa inquiſitio criminuꝫ.
⁊ tamen ſub iſta commiſſione videtur etiam commiſſa inquiſi-
tio fame per prius.⁊ tamen ſicut inquiſitio fame eſt aliud quam
inquiſitio veritatis criminis ita eſt aliud quam inquiſitio crimi
nis proprie loquendo.⁊ iſta opi.eſt probabilior de iure per ea
2 que diximus in.c.cum oporteat preallega.¶ † Secunda no.
ꝙ aliquis dicitur prodignus non ſolum rerum ſuarum ſed etiā
fame quod intelligitur euenire quādo quis turpiter viuit ⁊ pu
blice peccat vel ſaltem non ita occulte vt veriſimile ſit delicta
ſua debere venire in noticiam multorum.⁊ dicit text.xij.q.j.c.
nullo.⁊.xj.q.iij.c.non ſunt audiendi quod crudelis eſt qui ne-
3 gligit famā ſuā † vn̄ aliquo modo delicta occulta ſunt miora:
quia non ſcandelizant aliquem hec prebent exemplum aliquo
modo ſunt maiora quia non poſſunt corrigi ſm̄ gloſ.xxxij.q.
iiij.c.nemo.vbi bonus tex.Aliquando tamen ex actu occulto
generatur maior ſuſpitio delicti in his que de ſui natura ſunt
permiſſa vt.l.fi.ff.de rit.nup.⁊ que ſit differentia quo ad penaꝫ
inter dictum occultum ⁊ publicum vide in.l.nemo.C.de ſum.
4 tri.per Bal.¶ † Tertio no.ibi.Uendendi dandi quod ap
pellatione venditionis non videtur venire aliud genus con-
tractus per quod inducitur alienatio.vides enim ꝙ hic poſt
verbum venditionis exquirantur vel exprimuntur alie ſpecies
alienationum.Sed contra hoc facit regula que ponitur in.l.
ſicut.§.venditionis verbo.ff.qui.mo.pig.vel impo.ſol.⁊.l.
ſtatu liberi.§.quintus.ff.de ſta.lib.D.Abb.dicit ꝙ quando
ſit mentio non ſolum de venditione ſed de precio.tunc ſtricte
accipitur venditio vt.l.fi.in text.⁊ gloſ.C.de predi.cur.libr.x.
alias capitur large pro quolibet contractu ex quo inducitur
alienatio ⁊ remittit ſe ad not.per Barto.in.l.filius.§.diui.ff.
de lega.j.⁊ per Cyn.in.l.ij.C.de vſuca.p emp.Moder.mul-
ta adducunt hic maxime dicta Bald.in.c.j.ad fi.de ali.feu.
⁊ in.c.j.ad fi.de contro.inter vaſ.⁊ emp.⁊ quod not.plene
Bald.in.l.voluntatis.C.de fidei.¶ Sed tu debes aduerte-
re ad iſtum text.quia hic non fiebat mentio de precio ⁊ tamen
verbum venditio non importat alias ſpecies alienationum.
Queritur ergo que ſit cauſa cur hoc nomen non capiatur ge-
neraliter in iſto tex.ſicut ſolet capi.poteſt dici ꝙ vel hoc factum
eſt ad maiorē expreſſionem vt tollatur omnis dubitatio.Uel

5 dic ⁊ not.† ꝙ in decreto iudicis vel ſuperioris verba iſta de-
bent accipi proprijſſime non extenſiue ſicut cum preferuntur a
lege vel a teſtatore.Caſus eſt nota.in fi.in.l.ſi pupillorum.§.
j.ff.de re.eo.iuncta.l.in quorꝫ.ff.de pig.⁊ ideo dicunt moder.
6 in.l.ſi vero.§.de viro.ff.de ſol.ma.† quod qūuis verba vel di-
ſpoſitio legis extendatur diſpoſitio tamen hominis regulari-
ter non extenditur vt in.c.cum in illis.⁊ in.c.cui de non ſacer-
dotali de preben.lib.vj.⁊ ideo dicit gl.ſingula.in.c.ſi de con-
7 ſuetudine eo.lib.† quod per regulam cui licet quod eſt plus
ſemper ſit extenſio ad id quod eſt minus preterꝙ in mandato
8 hominis.Et ad hoc ſing.no.iſtum tex.¶ † Ultimo not.ꝙ
litteris ſigillatis iudicum creditur de actis factis coram ſe.Ad
idem text.in.c.cum a nobis in fi.ſupra de teſtibus ⁊ in.c.poſt
ceſſionem.⁊ ibi plena ſupra de probatio.Et de materia ſigilli
vide plenius in.c.ſecundo de fide inſtrumē.⁊ in.l.ſi qua per cal
lumniam.C.de epiſ.⁊ cle.⁊ in rubrica.C.de fide inſtrumen.per
Bal.⁊ poteſt dici quod ideo hic papa mandat apponi ſigil-
lum ſm̄ dominuꝫ Flo.⁊ bene quia ſcripture non erant ſolem-
nizate per manuꝫ notarij alias duas cauſas aſſignant hic doc.
de quibus hic per eos.ſed iſta eſt melior.¶ Jn gl.poſita ſuper
verbo vendidi.ibi non debet ſemper ſtatim remoueri ⁊c.De
iſta materia iſtius gl.vide quod plenius traditur in.c.venera
bili ſupra.de offi.dele.iij.q.ij.c.qꝛ ea.xij.q.ij.c.vulterane.per
9 Archi.¶ Et aduerte ad gl.tuam inꝙtum ſentit quod pote-
ſtas alienandi debet hic interdici per iudicem.naꝫ per hoc ſen
tit clare quod ipſo iure non eſt interdicta.Et hanc ſententiam
ſequitur hic Jnno.ſed Hoſti.tenet contrarium cuius opi.Jo.
de Jmo.dicit eſſe veriorem de iure per tex.noſtrum in verbo in
terdicta qui videtur inferre vt ita dicam canonem late ſenten-
tie ipſo iure per verba preſentis vel preteriti temporis iuxta re-
gulam que ponitur in.c.ſi diligenti ſupra de fo.compe.⁊ in.l.
iubemus.§.ſane.C.de ſacroſan.eccle.per Bar.⁊ per eundem
in.l.in criminali.C.de iuriſdic.omnium iudi.Sed ad iſtum
text.poteſt reſponderi quod hic datur poteſtas iudici per iſta
verba vt ita faciat non declaratur inquiſitum ipſo iure eſſe ſu-
ſpenſum a poteſtati alienandi.Et quod hoc ſit verum patet ex
tex.in.c.venerabili ſupra de offi.delega.ibi omne genus alle-
nationis diſtrictius interdicens que verba clare ſignificat quod
iſtud eſt factum iudicis non iuris.Et hanc opi.ſequitur hic
domi.Abb.moder.⁊ recte adducens pro ea optimum text.in
10 c.veritatis in fi.ſ.de dol.⁊ contu.¶ † Sed queritur pro de-
claratione littere nunquid taliter prohibitus a iudice alienari
poſſit alienare fructus ⁊ res mobiles que ſeruando ſeruari nō
poſſunt ſuper quo etiam ſunt opi.Nam Jnnocen.hic videtur
velle quod tales res poſſint alienari ſicut dicimus in tutore in
lege lex que tutores.in princi.C.de adminiſtra.tuto.Sed illa
lex parum fuit qꝛ ibi non ꝓhibetᷣ gn̄alr̄ tutori alienatio.ſed ſo-
lum de rebus immobilibus ⁊ de mobilibus que ſeruando ſer-
uari poſſunt.Quinimmo ex natura adminiſtrationis cum li-
bera quam habet tutor vt.l.qui fundum.§.ſi tutor.ff.pro emp.
⁊.l.interdum.§.qui tutelam.ff.de fur.habet regulariter pote-
ſtatem alienandi vt.l.procurator cui libera.ff.de procur.⁊ in
c.qui generaliter de procura.li.vj.Hoſti.autem hic ſentit op-
poſitum.quia ſi prohibitio iſta generalis reſtringeretur ad res
que ſeruando ſeruari poſſunt tunc nihil operaretᷣ vltra ius cō
mune.quia etiam de iure communi res que ſeruando ſeruari
poſſunt non poſſunt alienari vt in.c.nulli in tex.⁊ gloſ.de re-
bus eccleſi.non ali.⁊ eſt gloſ.in.c.ij.eodem tit.libro ſexto.ergo
vt verba aliquid operentur dicemus ꝙ non poterit alienare
etiam res que ſeruando ſeruari nō poſſunt.Nec ob.ratio quaꝫ
aſſignat hic domi.Ab.Moder.qui dicit ꝙ iſtud tenderet ad
damnum ⁊ odium eccleſie.vnde ne inductum in fauorem eccle
ſie retorqueatur in leſionem contra regulam quod ob gratiam
de re.iur.debemus dicere ꝙ talis alienatio ſit permiſſa ſecun-
dum eum.Nam ad iſta poteſt reſponderi ꝙ quando eſſet peri
culum ꝙ res periret ſi non alienaretur poſſet adiri ſuperior qui
daret licentiam ſibi vel alteri ydoneo diſtrahendi.Moder.ta-
men hic communiter ſequuntur opi.Jnnocenti.pro qua alle-
gant optimam gloſ.iuncto text.in.c.j.in fi.de cler.egro.libro
ſexto.vbi patet quod coadiutor datus epiſcopo infirmo poteſt
alienare mobilia que ſeruando ſeruari non poſſunt licet ſibi
quomodolibet ſit prohibita alienatio.Ad argumentum Ho
ſtien.non reſpondet ſed poteſt reſponderi ꝙ iſta prohibitio
etiam ſic reſtricta multum operabitur.quia res que ſeruando
ſeruari poſſunt.vel res immobiles etiam ſubſiſtente cauſa le-
gitima ⁊ ſeruata ſolemnitate canonis.non poterit epiſcopus
alienare ſicut dicimus quando teſtator prohibet alienationem
minori vt probatur ſingu.in.l.ij.C.de vſuc.pro empt.Et ſimi
liter quando res relinquitur eccleſie ſub conditione ne aliene-
tur ſm̄ glo.nota.in.c.verum ſupra de condi.⁊ appel.Fatetur



Universidad del Rosario | Archivo Histórico

11 tamen Hoſtien. ꝙ † pro expenſis moderatis iſte epiſcopus
poſſet alienare de rebus eccleſie per ea que habentur in .c. j. ⁊
ij. ē. de pigno. ⁊ in. c. fin. de pe. cleri. melius facit textu. nota. ⁊
qđ ibi per Bal. in. l. fi. C. de ordi. cog. vbi probatur ꝙ ſeruus
de rebus ſuis ſequeſtratis apud alium poteſt diminuere pro-
12 pter alimenta. † Et ꝙ ille qui alias non poteſt alienare poſſit
nihilominus alienare res tempore perituras. probat text. in. l.
ſi oleum. §. fi. ff. de dolo. vbi patet ꝙ ille qui habet res in ſeque
ſtrum poteſt eas alienare ſi ſunt tempore periture. Idem pro-
batur in eo qui detinet rem cauſa cuſtodie qui ſine dubio alias
res non poſſet alienare vt dicit text. in. l. in venditione. §. j. de
bo. au. iudi. poſſ. ⁊ in. l. is cui. §. qui legatorum. ff. vt in poſ. leg.
Si ergo ille qui nullum ius habet in re ſed ſolum detentionem
poteſt alienare res tempore perituras. multofortius id videtur
poſſe epiſcopus qui quoad alia remanet adminiſtrator vt cō-
muniter concludunt doc. in. c. venerabili. preallegato. Et iſta
opi. eſſet ſeruanda in practica quia eſt communis. eſt tamen ali
qualiter dubia de iure quia eadem ratione videtur eſſe prohi-
bitum in iſtis que ſeruādo ſeruari non poſſunt ſicut in alijs ſci
licet ſuſpitio diſſipationis. ⁊ maxime quia quod res non cor-
rumpantur ſi non poſſunt ſeruari poteſt prouideri per ſupe-
13 riorem ipſo epiſcopo denunciante. ¶ † Conſequenter etiam
queritur que ſint res que ſeruando ſeruari non poſſunt vide
glo. ⁊ doc. in. l. j. C. ſi aduer. vſuca. Et vtrum pecunia dicatur
de talibus. vide gloſ. ⁊ Barto. in. l. j. §. queſitum. ff. ad trebel-
lia. ⁊ eundem Barto. in. l. poteſt pupillus. ff. de aucto. tuto. ⁊
Bald. in. l. j. C. ſi aduer. tranſ. ⁊ in. l. ſi curatorem habens. C.
de in inte. reſtitutio. minor. ⁊ text. ⁊ ibi per Salycetum in au-
14 tentica nouiſſimi. C. de adminiſtratione tutor. ¶ † Conſe-
quenter etiam querit hic Innocen. vtrum iudex cui committi-
tur cauſe cognitio ſi non detur ſibi ſpecialis poteſtas citandi
partes vt cōpareant coram ſuperiore habeant hanc poteſta-
tem. ⁊ concludit ꝙ ſic. quia ſi iudex a quo appellatur. ⁊ cuius
iuriſdictio eſt ſuſpenſa hoc poteſt facere vt in. c. perſonas. ⁊ in
c. cum ſit de ap. multofortius iſte cuius iuriſdictio non eſt ſu-
ſpenſa. qui cui committitur principale videtur etiam committi
acceſſoria vt in cle. j. de reſcrip. ⁊ in. c. preterea. ⁊. c. ſane. ē. de
offi. deleg. Tu vide tex. ſing. ⁊ glo. pro iſto dicto in. c. cum ber
toldus. in verbo remiſerunt. ē. de re iudi. ⁊ videtur velle ibi gl.
15 † ad hoc vt ſuperior ſine alia citatione poſſit ferre ſententiam
quod in aſſignatione iſtius termini debeat apponi verbum pe
remptorie iuxta not. in. c. conſuluit. ē. de offi. dele. Et iſtud eſt
verum quando terminus fuiſſet aſſigātur partibus abſenti-
16 bus ſecus ſi preſenti. † quia monitio iudicis habet vim perē-
ptorij vt. l. ij. C. quomodo ⁊ quādo iud. Et iſto caſu eſt vera
opi. Spe. in ti. de remiſſio. §. videndum reſtat circa princ. ſm
17 domi. Anto. hic qui ita cōcordat iſtas opini. ¶ † Dixit etiā
hic Innocen. ad intellectum littere quod ſi iudex prohibet pre-
lato alienationem. Iſta prohibitio impedit trāſlationem
domini. eſt enim prohibitio legis animate que debet idem ope
rari quod prohibitio legis inanimate ſm eum. Prohibitio
autē facta a lege inanimata ſine dubio impedit tranſlationem
dominij vt. l. ſi ita quis. §. ea lege. ⁊ ibi. plene. ff. de vrbo. ob-
ligatio. Quinimmo etiam ſi iſta prohibitio eſſet facta per iu-
dicem ſine ſpeciali mandato ſedis apoſtolice. Idem videretur
dicendum per. l. ſi quis ſciens. ff. de contrahen. emp. ⁊ ita tenet
Bartol. in. l. ſi filius. §. diui. ff. de leg. i. reprehendens Inno-
cen. in. c. Raynaldus. ē. de teſti. De quo tamen eſt dicendum
in locis preallegatis.

¶ Laus deo ac beatiſſime virgini Marie ⁊ beato Joanni
Baptiſte in cuius vigilia completa eſt lectura iſta in ciuitate
Senarum videlicet die. xxiij. Junij. M. cccclxix.

¶ Finiunt commentaria admiranda ſuper titulo de accuſa-
tio. inquiſitio. ⁊ denuncia. in. c. v. lib. decretalium prefati Ma-
ximi iuriſconſultorum principis equitiſq; romani ſacrorumq;
canonum viri interpretis. D. Franciſci de acoltis de Are-
tio: ex proprio auctoris exemplari ſumpta.



¶ Maximi iuriſconſulti mirifico iuris acutiſſime refulgentis
aurati equitis magnificiq; comitis dñi Franciſci de acoltis de
aretio elegantiſſima ac facundiſſima in librum. ſcōm decreta-
lium ſcripta omni memoratu digniſſima ⁊ poſteris mirum in
modum profutura feliciter incipiunt.

¶ Rubrica de iudicijs.

Imiſſis alijs que. Cir
ca ſpludia iſtius rubrice hic tradūt
Doct. diffuſe duo ſunt diſcutienda:
que hic tangunt do. Ant. ⁊ alij mo
derni. Primum eſt vtrū inquiſitio
ſit remedium ordinarium de iure vel
extraordinarium. Scōm vtrum ius
patronatus dicatur ius mere ſpiri-
tuale origine. An vō dicaṫ ius tem
a porale annexum ſpiritualitati. ¶ † Circa primum [a] fuerunt
1 opi. vna fuit gloſatoris. j. q. j. c. multi. ⁊ in. c. j. iiij. q. iiij. dicētis
inquiſitionē eſſe remediū extraordinariū. ⁊ hanc ſequiṫ glo. in. c.
qm̄ cōtra. in. v. extraordinariū. j. de proba. Secunda fuit opi.
Archi. lxxxvj. di. c. ſi quid. dicentis inquiſitionem eſſe remediū
ordinarium. ⁊ hanc vṙ tenuiſſe Inno. in. c. dilecto. de ſen. excō.
in. vj. ſm modernos hic licet primā teneat in. c. cū oporteat de
accu. vt refert domi. Abb. ⁊ in. c. ſuper litteris. ē. de reſcrip. ſm
Bald. in. l. ea quidem. in vlti. char. C. de accu. ¶ Tertia fuit
opi. Bar. ⁊ legiſtarum quā ipſe poſuit. in. l. ſi maritus. §. ſi aūt
extraneus. ff. de adult. vbi diſtinguit ꝙ aut inquiſitio permitti-
tur regulariter a ſtatuto in omni caſu ⁊ tunc eſt remediū ordi-
narium. Aut ſumus in iure cōmuni ⁊ tunc eſt remedium extra-
ordinarium ſicut dixit Ange. in. l. ea quidem. C. de accuſa. ⁊ ſic
poſſet ſaluari dictum ſpe. qui dixit ꝙ inquiſitio eſt remedium
ordinarium. vt ipſe no. in ti. de inquiſi. §. nunc dicemus. verſi.
ſed pone reum. alias ver. ſed quid ſi reus. circa fi. ibi ⁊ ſatis eſt
ordinaria in. §. nunc tractemus. de quo aliquid ibi per gl. Jo.
an. pro qua queſtione eſt caſus no. quem ibi ponderat Bald.
in. l. j. C. de liber. ⁊ eo. lib. Et probatur etiam manifeſta ratione
2 ſm modernos ibi † qr illud dṙ eſſe extraordinarium qđ cōpetit
contra regulas iuris. vt notatur in. l. iij. §. fi. ff. de mino. ⁊ in. l.
j. ⁊ per totum. ff. de vari. ⁊ extraor. cogni. ſed inquiſitio regula-
riter non eſt permiſſa de iure ciuili ⁊ de iure canonico: vt in. c.
qualiter ⁊ quando. j. de accu. ⁊. l. reſcripto. §. ſi quis accuſato-
rem non habens. ff. de mune. ⁊ one. ergo eſt remedium extraor
dinarium. Preterea in inquiſitione non ſeruatur totaliter ordo
iuris. qr ſi reus eſt preſens improprie dṙ in ea fieri litis conteſta-
tio ſm Bald. in. l. properandum. in prin. C. de iudi. Si autem
reus eſt abſens nō conteſtatur in ea lis aliqua: vt in. c. quoniā
frequenter. §. ſunt ⁊ alij. j. vt lit. non conteſta. ergo dṙ remediū
extraordinariū: qr nō ſeruatur in ea ordo iuris totaliter ⁊ patet
in. d. c. qualiter. §. dz ⁊ per hanc rationem ſcđam dixit Bal. no.
in. j. §. cum vrbem. ff. de offi. prefec. vr. ꝙ etiam ſi inquiſitio ſit
permiſſa regulariter a ſtatuta nihilominus nunq̄ dicetur reme
dium ordinarium quia in ea non ſeruatur ordo iuris vt dictum
eſt. Sed iſta ſua ratio de iure ciuili conſideranti ſubtiliter non
poteſt procedere. nam aut loquitur de inquiſitione que ſit in
cauſa capitali. ſ. a relegatione. ē. ⁊ tunc contra abſentem nō pōt
procedi. ſiue lis ſit conteſtata ſiue non: vt traditur in. l. abſentē
ff. de penis. ⁊ in. l. abſentem. C. de accu. ⁊. c. veritatis. de dolo ⁊
contu. ⁊ ſic non erit differentia inter accuſationem ⁊ inquiſitio-
nem. Aut loquimur cauſis a relegatione. j. ⁊ tunc ſicut in cauſa
inquiſitionis alias accuſationis: vt plene tractat Barto. in. d.
l. abſentem. poteſt procedi lite non cōteſtata. ita ēt i cā inqſitiōis
iudiciū. ergo vtrūq; cū pcedat lite nō cōteſta. aut neceſſe eſt eſſe
extraordinarium. aut eſt neceſſe dicere vtrunq; eſſe ordinariū.
¶ Poſſet tamen forte dici ꝙ in vno caſu de iure ciuili inqui-
ſitio diceretur remedium extraordinarium dato ꝙ ſemper pōt
inquiri ex forma ſtatuti: puta epiſcopi inquirentis de cauſa ca-
pituli ſed non dico ꝙ poſſit procedi ad condem. vt dictum
eſt. Sed quo ad effectum condēnationis ⁊ cōfiſcationis bono-
rum ⁊ quo ad illum effectum inuenietur differentia inter inqui-
ſitionem ⁊ accuſationem qr in inquiſitione poterūt recipi teſtes
ſuper crimine lite non conte. lz non poterit fieri in accuſatione:
3 ſed hoc vltimum non credo verum † qr in grauioribus etiam
inſtituta accuſatione indiſtincte permittitur annotatio bonorū
ſi reus ſe abſentat ſiue ſit lis conte. ſiue nō: vt in. d. l. j. ⁊. ij. ff. de
req. reis. ⁊ no. in. d. c. veritatis. ⁊ ſic intelligitur diſtinctio bart.
eſſe vera in. d. §. ſi autem extraneus contra quem Bal. in. l. ea quidem
C. de accu. dixit ꝙ de iure canonico inquiſitio eſt remedium or-
dinarium non bene dixit qr etiam de iure canonico non eſt per-
miſſa regulariter vt patet in. d. c. qualiter ⁊ in. c. j. de accu. in. vj.
¶ Dicitur tñ inquiſitio ſm abb. modernum ibi. ⁊ do. domi.
in. d. c. j. ꝙ eſt remediū ordinarium largo modo inq̄rū in ipſa
non omittitur totalis ordo iuris: ſed in aliquibus ſeruatur ⁊ per
4 hec ſit expeditus iſte articulus. ¶ † Super ſcđa. q. in qua que
b ritur vtrum ius patronatus [b] dicatur mere ius temporale an-
nexum ſpiritualitati ſicut videtur dicere tex. in. c. quanto. j. eo.
an vero debeat dici ius ſpirituale ex diſpenſatione eccleſi. fuerūt
opi. Nam Goff. ff. hic do. Anto. de but. ⁊ multi alij dicunt ꝙ
eſt ius ordine ſpirituale ⁊ ꝙ ius patronatus dicitur eſſe ius ſpi-
rituale ⁊ per tex. in. c. quāto. de iure patro. Inducendo. cum ſit ꝙ
eccleſia tolerat laycum in iure patronatus: ⁊ ſic videtur ꝙ ius
patronatus competat layco ex diſpenſatione eccleſie ⁊ per ꝯñs
ꝙ ſit ius ſpirituale ⁊ ꝙ de iure communi non cadit in laycum
vt in. c. ſacroſancta. ⁊ in. c. maſſana. ē. de elec. ⁊ in. c. cauſamq;.
j. de preſcrip. Nam ſi eſſet ius temporale videretur cadere lay-
cum ipſo iure: ⁊ de iure cōmuni nō cadit in laycum. Sed huic
ēt rationi rñdetur vt dixi in voce. qr ius patronatus q̄ntūcunq;
ſit ius tpale pertinet ad diſpoſitionē ⁊ ordinationē eccleſie ſicut
quoddā annexū iuri ſpirituali. Iccirco ipſius ius temporale p-
tinet totaliter ad perſonas eccleſiaſticas ⁊ ad diſpoſitionem ec-
cleſie pro his bene facit tex. in cle. diſpendioſam. de iudi. ⁊ qđ
traditur per glo. in. c. lr̄as. j. de iura calū. ⁊ per Bar. in. l. j. al's.
cum. ij. in prin. ⁊ in. §. tranſactionē. ff. de tranſac. ⁊ in. c. ij. extra
de eta. ⁊ qua. ⁊ ideo dicunt doc. no. reprehendendo gl. ber. in. c.
5 dilectus el. iij. j. de preb. † ꝙ ſummus pontifex pōt preiudicare
iuri patronatus laycorum ꝙ tñ nō vṙ velle facere niſi expreſſe
de ipſo faciat mentionē vt no. gl. quā approbant omnes in cle.
ij. de preben. ⁊ tradidit do. Abb. in. d. c. dilectus. vnde domi.
Abb. mo. hic impugnant iſtam opi. do. An. tenens expreſſe ꝙ
ius patronatus dicatur ſui origine ⁊ natura prout reſidet in
layco eſſe ius temporale annexum ſpirituali: que opi. mihi pla-
cet ⁊ vltra eius rationes addo tres rationes notabiliſſimas ⁊
concludentes in materia. prima ratio eſt iſta: quia ſi ius patro-
natus laycorum eſſet origine ⁊ ſui natura mere ſpirituale non
poſſet poſſideri nec preſcribi per laycum quando iam non eſſet
formatum penes laycum ſed eſſet de nouo acquirendū ⁊ crean-
dum in eccleſia ſicut declarauit ibi Innocen. Sed iſtud eſt fal-
6 ſum † quia immo ⁊ ius patronatus eſt ſolum ius temporale ⁊
poteſt poſſideri ⁊ preſcribi a layco caſus eſt not. ⁊ ibi hoc po-
nit domi. Anto. in. c. querelam. ē. de elec. ⁊ bene facit tex. in. c.
generali. in fi. eo. titu. in vj. ⁊ ſic tenuit diſputando Joan. an. in
regula ꝙ alicui. de regu. iur. in mercu. nam ſpiritualia non poſ-
ſunt poſſideri per laycum neq; preſcribi Sed ad iſtud fortiter
poſſet aliquis dicere ꝙ ratio premiſſa eſt vera in iure ſpirituali
ꝙ nullo caſu de iure communi. ſiue ex priuilegio inſerto in cor-
pore iuris reperitur competere layco licet aliquando illud ius
ſpeciale fuerit conceſſum ⁊ concedatur per priuilegium ſpecia-
le non inſertum in corpore iuris vt patet. xvj. queſtio. j. c. huic
etiam. lxiij. diſtinc. c. adrianus. per gloſ. in capitu. nobis. j. de
7 iure pa. per Jo. an. in. c. ij. de preben. li. vj. † qr priuilegiū inclu
ſum in corpore iuris fauorabilibus eſt q̄ talia priuilegia que
ſunt extra ius ſm gl. in autē. qua in prouincia. C. vbi de crimine
agi oportet. ⁊ in. l. ij. §. legatis. ff. de iudi. vnde non eſt mirum
ſi tale priuilegiū incluſum in iure facilius extenditur vt illud idē
ius in certis caſibus cōpetit ex tali priuilegio poſſit preſcribi ⁊ poſſi
deri per laycū. vṙ enim ꝙ ex quo in perſona laycali ius ſpiritua
le ſemel factum eſt trāſmiſſibile in certis caſibus de quibus. xvj.
q. vij. in ſumma. ⁊ in. c. pie mentis perpetuo. ⁊ in omni caſu ſit
in cōmercio layci ⁊ per laycum poſſit acquiri in. l. pater. §. quin
decim. ⁊ qđ ibi per bar. ff. de leg. iij. ⁊. l. videamus. ff. ꝙ me. cau.
que eſt. l. no. ad hoc. ⁊ qđ no. Bart. in. l. q duos. in prin. de re.
du. ⁊ Bal. in. l. cum antiquioribus. C. de iure delib. ſed iſta rō
ſeu reſponſio non procedit quia etiā ius decimādi qđ eſt ſpūa-
le aliquibus caſibus ex priuilegio hodie redacto in corpore iu-
ris competit laycis vt patet in. c. cum apoſtolica. de his que fi.
a prela. ⁊ ibi per Doct. ⁊ in. c. ij. §. illas auten. de deci. lib. vj. ⁊
tamen extra caſus conceſſos tale ius nō poſſet poſſideri ⁊ pre-
ſcribi per laycum. vt in. d. c. tua. el. j. iuxta fi. j. de deci. vbi pba-
tur ꝙ etiam ibi aliter conceſſio facta hodie eſt inhoneſta: vt dixit
tex. in. d. c. cum apoſtolica. ¶ Scđa rō eſt iſta: qr ſi ius patrona
tus eſſet mere ſpūale. ēt in caſu in quo conceditur layco nō di-
ceretur per laycū poſſideri ſed teneri noīe eccleſie. caſus eſt not.
quē ibi ponit Do. An. in. c. cū apoſtolica. de his que fi. a prela.
ſine conſenſu capituli. c. ꝙ ſicut. ē. de elec. quā approbat Joan.
8 an. in. c. ij. de preben. in. vj. Innocen. cōcludit. † ꝙ qñ pontifex
ex priuilegio transfert iura ſpiritualia in laycum nunq̄ exercet
illa neq; ſunt in layco vt fundata in ipſo ſed vt in miniſtro ⁊
agente nomine pontificis ſed in iſtis iuribus is poſſidet cuius
nomine poſſidetur vt. l. ꝙ meo. in prin. ff. de acquiren. poſſ. ⁊
l. certe. §. fi. ff. de preca. ⁊ in. c. cum veniſſet. j. de reſtitu. ſpolia. ⁊

a ¶ Circa pmū. vtrū inqſitio ſit remediū ordinariū vel extraordinarium vltra doc. hic vīđ auguſti. de arma. in addi ad Ang. are. i tracta. mal. col. ix. Et. d. prepoſitū ſci ambro. in. c. cū ſpāli vbi plene p peruſi. de appel. Et not. ꝙ cōis ꝯpi. ē ꝙ ſit extraordi. ſm areti. in cap. qualr ⁊ qñ col. iij. infra de accuſa. Ruffi. belin.

b ¶ Vtrum ius patronatus ſit mere temporale ⁊c. vīđ plene Fely. in c. q̄to. j. eod. Et Barb. hic panor. in. c. ij. ⁊ in. c. nobis infra de iure pa. Et p Imo. in Rub. ex̄ ō iur. pa.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

in.c.ſi diligenti.j.de preben.ergo patet verā eſſe cōcluſionem
quā ēt ſentit glo.no.lxxxvj.di.c.bene qdem.ſed ius patrona,
tus vbiq; pōt poſſideri a layco.vt in.c.conſultationibus.j.de
9 iure pa.ergo nō eſt ius mere ſpūale. ℭ †Tertio ꝓbat̄ iſta cō,
clo in.c.lectis.lxiij.di.vbi pꝫ ꝙ ius poſtulandi cōſecrationem
epī a ſuperiore pōt preſcribi a layco ⁊ eſt rō qꝛ per poſtulatio,
nē nulli acquiritur ius ſpūale ſed eſt preparatio ad acquirendū
ius patro.layci qꝛ per ipſuꝫ nō acquiritur ius in bñficio ſed ad
rē vt no.Jnno.in.c.ꝙ ſicut preall.⁊ plene hoc declarat hic.d.
abb.ꝓ bis facit optime tex.in.c.cumana.ſ.de elec.⁊ qđ no.gl.
lxiij.di.in ſumma vbi videas. ℭ Jn hac ēt rubrica querūt mo
10 derni de duabus qōnibus vltra ꝓmiſſas qōnes.† Prima qō
eſt qñ lex imponit penā ſimplr̄ cui veniat pena applicanda an
parti vel fiſco. ℭ Scḋa ſiue pena applicetur pti ſiue fiſco.vtrū
ad exigendum penā vr̄ inſtituta accuſatio criminalis vel po,
a tius ciuilis ſeu iudicium ciuile.ſuper primo articulo a refert hic
do.abb.dicta Bar.in.l.agraria.ff.de termino amoto.diſtin,
guentis ꝙ aut ad penā exigendā introducitur actio aut accuſa
tio.aut ſumus in caſu dubio primo caſu pena applicatur parti
vt.l.ſi cui.ff.de ver.ſig.⁊.l.ſi libertus.ff.de in ius vo.⁊ in.l.fin.
ff.de liti.ſcḋo caſu applicat̄ fiſco vt.l.multarū.C.de mo.mul.⁊
per glo.in.l.iubemus.C.de ſac.ſan.ec.Tertio caſu ſilr̄ dicit pe,
nam eſſe appli.fiſco per iura all̄.⁊ alia ſua iura que videas ibi
per eū.Guil.de cu.in.l.ſi eccleſie.C.de epiſ.⁊ cle.cuius ibi me,
minit bal.vr̄ aliter diſtinguere qꝛ aut loquimur in pena extra,
ordinaria ⁊ tūc in dubio illa applicat̄ fiſco.ſic loquit̄ tex.in.d.
l.multarū.qꝛ multa imponit̄ vbi nō eſt ſtatuta certa pena ⁊ ad
arbitriū iudicis in.l.ſi qua pena.in fi.ff.de ver.ſig.⁊ in.l.aliud
§.item multa.ff.eo.ti.aut loquit̄ in pena ordinaria ⁊ certa ⁊ tūc
illa in dubio applicatur pti leſe.all̄at tex.vbi dixit eſſe caſum in
auten.de ſan.epiſ.§.ſi vero ꝓ qualibet.⁊ in autē.de ec.ti.§.pe.
ſed qꝛ iſta dicta ita ſimpliciter non ꝓcedunt vt pꝫ ex.j.dicendis
Jccirco in iſta materia vt in voce dicimus ponēde ſunt alique
concluſiones no.ex qbus patebit veritas huius difficilis.qō.
11 ℭ †Prima cōcluſio eſt talis vbicūq; lex imponit penaꝫ ad,
emptionis omniū bonorum vel alicuius quote:puta tertie ptis
in dubio iſta pena applicabitur fiſco.niſi lex exprimat ſic.intel,
lige gl.§.his quoq; iudicibus.in.l.iubemus ſcḋa.C.de ſa.ſan.
ec.⁊ ꝓ ſcḋo dicto eſt caſus in.l.vnica.§.ſinaūt.C.de rap.virg.
rō huius cōcluſionis ſit qꝛ hoc eſt ꝓpriū cōfiſcationis bonorū
⁊ de nā talis pene qꝛ oīa bona vniuerſaliter auferant̄ vel aliqua
quota in.l.recuſare.§.ſi fiſco.ff.ad tre.⁊ in.l.j.⁊ ibi no.C.de fi,
deiuſ.vñ iſta dicunt̄ regalia vt in.c.j.que ſint rega.in vſi.feu.
que non pñt cōpetere priuato quinimo nec inferiori a principe
vt.l.j.⁊ ibi per Bar.C.de bo.va.li.x.Ex natura igit̄ ipſius pe
12 ne impoſite hoc eſt ꝙ pena applicetur a lege fiſco. ℭ †Scḋa
eſt talis ſi pena imponit̄ a lege ꝓ delicto priuato reſpiciente of
fenſam publicā vel vtilitatē publicaꝫ tūc qꝛ reſpu.principaliter
eſt offenſa ipſi applicabitur pena.ꝓ hoc optime facit tex.in.l.ij.
13 C.de epiſ.audi.⁊ in.l.eos.§.ne temere.C.de appel. ℭ Tertia
concluſio qñ pena imponitur per noīa multiplicatiua dupli
⁊ tripli ꝓ delicto in quo nō offendit̄ priuatus principaliter
ſed patitur aliquod intereſſe vel iniuriā in dubio iſta pena ap,
plicabitur pti ⁊ non fiſco.ꝓ hoc facit optime tex.in auten.de
ſan.epiſ.§.ſportulariū.⁊ eſt ratio ſubtilis ⁊ pulchra qꝛ quando
imponitur pena tali modo ſemper in dubio eſt ſimplū vt in.l.
hoc edicto.ver.querentibus.ff.de pu.⁊ ibi no.ꝑ Bar.⁊ tradit̄
14 inſti.de ac.§.tripli.Unde dixit glo.no.ad fi.† ꝙ ſemper vbi
lex aliqd non declarat in dubio eſt ſimplū vt.l.his qui predam
ff.ad.l.iul.peculatus.per quā dixit bal.in.c.j.§.ſi duo.de pace
tenenda in vſi feu.ꝙ etiam ſi intereſſe partis ſit in ſpē nihilomi
nus extimatio ſpēi vt ſimplum ineſt in duplo ⁊ ꝙ pena ſtatuti
vel legis impoſita per nomina multiplicatiua dupli vel tripli
contineat in dubio in ſe ſimplum.tenet etiam Bar.in.l.j.C.de
penis fiſca.credi.preferri.li.x.⁊ in.l.iiij.C.de nauicularijs.Quo
ergo iſta pena imponitur a lege qꝛ in dubio cōtinet ſimplū ꝙ
eſt intereſſe ptis ⁊ applicandū pti māifeſte pꝫ.qua rōne ſimplū
applicetur pti eadē rōne ⁊ duplū.al̄s ſi applicaretur fiſco vltra
ſimplū non poſſit applicari ꝓprie ſub ratione dupli vbi aūt in
ſimplo nō cōtinetur intereſſe partis leſe ſed ſimpluꝫ eſſet mera
pena taꝫ reſpectu partis q̄ꝫ reſpectu fiſci forte nō procederet iſta
cōcluſio.exemplum in actione iniuriarum in qua quis nō agit
ad intereſſe propter offenſam ſed ad penam propter vindictā
15 vt.l.pretor edixit.§.ſi dicatur.ff.de iniur. ℭ †Quarta cōclu,
ſio erit iſta qñ lex impoſuit ꝓ crimine criminaliter intentato ſuf,
ficientem penā ⁊ nulla pena reperitur impoſita pro crīe ciuiliter
intentato applicanda parti in dubio erit iſta qñ lex imponens
penam pecuniaria vt videatur eā applicare parti vt ſic proui,
deat lex vbi eſt neceſſe ⁊ non vbi prius erat ſufficienter ꝓmiſ,
ſum vt.l.j.§.dixerit aliquis.ff.de public.⁊ qđ ibi no.⁊ adduco

a ℭ Primo ar culo.qñ lex ſimplr̄ imponit penā cui veniat ãplicāda.vi de gl.⁊ Bartolū ⁊ q̄ ibi pleniſſi.appo ſti.l.l.iij.ff.de ſepul. vio.

b ℭ Jn dubio pena.Sed ꝯ iſtaꝫ cōcluſionē oppo. de.l.fi.ff.de litig. Et de textu.in.l. pen.ff.de ius vo ca.ſol.vt ꝑ alex.in l.ſi qs id qđ.ff.de iuriſdi.om.iud.itē oppo.ō.l.ſi puto. ff.ō iure fiſ.ſo.viō. Bolo.i ſua Teo doſ.in car.xxvj.i vlti.col.ſoci.in.l. j.ff.ſol.mat.Ruf. belung.

c ℭ Jn.ij.q.qua cōcludit ꝙ qñ pe na applicat̄ fiſco ꝙ cā dicat̄ crialis. ꝑ iſta cōclu.vide meliorē tex.de cor pore iuris in.§.in ſumma iſti.de in iuri.viō plene lā, celo.in Rub.ff.ō iud.⁊ d.Jo.bap. de cacialup.i Ru bri.C.de iud.vide appoſti.magnaꝫ ad Barto.in.l.iij. ff.ō ſep.vio.Ruf. belū.

tex.no.in.l.ſi quis reū.ff.de cu.reo.ſm intellectū Dy.⁊ bar.ibi
qui ſatis colligitur iuncta.l.iij.in fi.⁊ qđ ibi no.ff.de ꝑuar.vbi
pꝫ ꝙ ſi ille qui ꝓmiſit rei ſiſtere in iudicio ciuiliter nō repreſen
tat ipſuꝫ imponit ſibi pena a iudice ⁊ ſi penā nō ꝓmiſit parti ex
quo dat intelligi ꝙ ſicut pars poſſet ſibi hāc penā ſtipulari ita
ſi imponat a iudice veniat applicanda parti ⁊ hoc eſt qđ ad pu,
niēdū deſiſtentē criminaliter ſufficienter erat ꝓmiſſus in aliquo.l.
16 vt patet in.d.l.iij.in fi.⁊ qđ ibi per bar. ℭ †Quinta cōcluſio
eſt talis vbi imponit̄ ꝓ crimine ⁊ particulari delicto ꝓ quo nō
reperitur impoſita adhuc alia pena ciuilis vel criminalis in du,
b bio pena b applicatur fiſco ⁊ nō parti ſm Bal.no.in.d.l.ſi ec,
cleſie.in fi.cuius dicta ſic intelligo ⁊ reſtringo quod ꝓbat lege
⁊ ratione.lege quidem per.l.eos.C.de modo mul.⁊ in.l.aliud
§.inter multam.ff.de ver.ſigni.ratiōe ꝙ fauor publicus in du,
bio ꝓfertur fauori priuato.vt in autē.res que.C.cōmunia de le.
cum multis alijs.⁊ ideo lex in iſto dubio magis videtur pro,
uidiſſe reipublice ⁊ vindicte pub.ꝙ vindicte priuate.⁊ idem eſt
dicendū eadē ratione ꝙ inueniretur pena criminalis applican,
